IN DEI NOMINE. AMEN.

Omnibus, et singulis præsentes litteras inspecturis, lecturis, vel legi audituris fidem, notumque facimus Nos Terræ Sanctæ Custos, *Serenissimum Principem Romanum Sanguszko Polonum Cracoviensem* —— ——

Jerusalem feliciter pervenisse die *30ª* mensis *Aprilis* anni *1858*; inde subsequentibus diebus præcipua Sanctuaria, in quibus Mundi Salvator dilectum populum suum, imo et totius humani generis perditam congeriem ab inferi servitute misericorditer liberavit; utpote: Calvarium, ubi Cruci affixus, devicta morte, Cœli januas nobis aperuit; SS. Sepulcrum, ubi Sacrosanctum ejus corpus reconditum, triduo ante suam gloriosissimam Resurrectionem quievit; ac tandem ea omnia Sacra Palæstinæ Loca gressibus Domini, ac Beatissimæ ejus Matris Mariæ consecrata, a Religiosis nostris, et peregrinis visitari solita, visitasse et magna cum devotione in eis Missam audivisse, *ac SSma Synaxi, premisso poenitentiæ Sacramento fuisse refectum* —— ——

In quorum fidem has scripturas officii nostri sigillo munitas, per Secretarium expediri mandavimus.

Datis apud S. Civitatem Jerusalem ex Venerabili nostro Conventu SS. Salvatoris, die *12ª* mensis *Maji*, anno D. *1858*.

De Mand. Pat. Suae Reverendissimae
Fr Clemens a Solario
Terrae Sanctae Secretus

Reg.

Hierosolymis in Conventu PP. Franciscanorum. 1858.

~~25~~.

poświadczenie odbycia pielgrzymki
ks. Romana do Ziemi Świętej